Feria Sexta post Dominicam Rogationum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 161/v

Wazynska Grocholskich Quietat. 2011

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan[eal]ibus Praemyslien[sibus] Generosa Zophia de Grabow Generosi Petri Grocholski filia Generosi vero Joannis Wazynski Consors legitima sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus[que] suis propriis quibusvis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa cum praefati mariti sui viri Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, Suprascriptum

2114

Generosum Petrum Grocholski et Annam de Szumowo Conjuges Chmos Sui Recognoscen. Parentes eorumque Successores de Summa quavis post Generosum olim Joannem de Szumowo Szumowski Tribunum Terræ Præmysliensis Sui Recognoscen. Avunculum sterili vita functum in quacunque forma et materia existen. tam quoque et ex rebus mobilibus et immobilibus ad eandem Successorem pertinen. se autem Recognoscentem post sterilem decessum eiusdem olim Generosi Tribuni Terræ Præmysliensis iure Divino et naturali Successione pro parte et portione sua inter alios Consuccessores legitime Concernen. quietat, emittit, dimittit, et liberum absolutumque facit et pronuntiat, eidemque Successori ob plenariam sibi Recognoscenti pro præmissis omnibus præstitam satisfactionem abdicat, abrenunciat et resignat. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Salvis nihilominus aliis Successionibus sed Recognoscentem modo quovis concernentibus pleno in robore et iure reservatis.

Wazynski Grochol-skiego Quietat.

281 Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitan. Præmysliensibus Generosus Joannes Wazynski sanus mente et corpore

existens